

& parvi valoris, & non sunt digna arrhis comparari; sed tantum dantur pretiosa tempore nuptiarum & velatidnum: ergo utroque casu & tempore loquatur & procedat nostra lex. Quartu& quidem singulariter facit: quia donatio quae sit ab sposo sponsa ante matrimonium realiter consummatum, semper dicitur sponsalitia largitas, & valet & tenet & habet effectum suum etiamsi fiat ipsomet die nuptiarum, & non censetur donatio inter virum & uxorem, ut annuletur: text. est in leg. Inter eos. ff. de Donationibus inter virum & uxorem, cuius verba sunt: Inter eos qui matrimonio conjuncti sunt, ante nuptias donatio facta jure consistit, etiamsi eodem die fuerint consequutae: text. in leg. penult. §. Virgini, eodem tit. Et si sumus in dubio, quod non appareat, an sit facta ante matrimonium, vel post? adhibetur talis distinctio: quod si in domo sponsa sit facta, præsumitur adhuc sponsa, & valet; si vero in domo sponsi sit facta præsumitur jam uxor, & non valet: text. est singularis & unicus in leg. Cum in te, Cod. de Don. ante nupt. cuius verba sunt: Cām in te simplicem donat. dicas factam esse die nuptiarum, & in ambiguo possit venire utrum ab sposo an de marito donatum sit, sic distinguendum est, ut si in tua domo donum acceptum est, ante nupt. videatur facta esse donatio: quod si penes se dedit sponsus, retrahi possit, uxor enim fuisti, & ibi ad hoc notat & commendat Glossa ordinaria, Azor. in Summa ejusdem titul. in fin. Odofred. Petr. Cin. Alber. Fulgos. & communiter DD. & reputat singularem & unicum Bald. ibi: & illum etiam textum ad hoc notat & commendat Bald. in Authentic. ex testament.

(l) Nostram & eorum sententiam sequitur Gutier. in alleg. II. num. 7. Avendañ. in cap. 15. Prætorum, num. 5. lib. 1. Matienz. in leg. 4. tit. 2. lib. 5. Recopil. glos. 6. num. fin. Palac. Rub. in Rubr. de Donat inter virum, §. 8. num. 3. licet contrarium ipse teneat in dict. Rub. §. 11. num. 2. & Avend. in cap. 10. Prætorum, num. 13. lib. 2. imò vestes & omnia alia quae sponsa tempore nuptiarum dantur, propria non effici, sed marito vel ejus hæredibus debere restituvi; quam etiam opinionem sequitur Gregor. Lop. in leg. 3. titul. 11. part. 4. Aceved. novissime in leg. 4. titul. 2. lib. 5. num. 27. & de hac quæstione vide latissimè Roland. à Valle cons. 10. num. 12. cum sequenti, lib. 1.

(m) Quos sequuntur Gomez Arias in leg. 52. Taur. num. 20. & ibidem Castill. verb. Antes de consumando, vers. Ex quo habes Gregor. in leg. 23. verb. Besado, titul. 11. partit. 4. Palac. Rub. in dict. leg. 52. Taur. num. 14. in fin. qui hoc fundamento moventur: nam si copula donationem præcessit, potius donatio inter virum & uxorem censetur, quam propter nuptias, ut docet Matienz. in leg. 4. tit. 2. lib. 5. Recop. glos. 3. num. 2. ubi late fundat; & Gregor. in leg. 23. tit. 11. part. 4. id etiam tenet Aceved. ibidem, in dict. leg. 4. titul. 2. lib. 5. Recopil. num. 26. & vide Avend. in cap. 15. Prætor. num. 5. lib. 1. Gutier. in Allegat. II. num. 5. lib. 1. qui hanc eandem Castill. opinionem tenet; licet in praxi contrariam sententiam servari affirmat, & sic sponsam lucrari quod etiam osculo præcedente, seu copula sponsalibusque, sibi donatum fuerit: eandemque opinionem tenet idem Aceved. sibi contrarius in dict. leg. 4. titul. 2. lib. 5. num. 14. & Aviles cap. 15. Præ. numer. 6. in fin. Ayora in tract. de Partitionibus, 1. part. cap. 7. num. 37. quod refert ipse Aceved.

Cod. de Collat. column. 6. numer. 10. & ibi aliit DD. (l)

6 Tertiò & principaliter quero, si inter sponsos intervenit osculum vel copula, antequam aliqua donatio fieret, & postea sequatur ista donatio & sponsalitia largitas, an habeat locum dispositio hujus legis, ut sponsa lucretur medietatem per osculum præcedens, & totum per copulam? Et videtur quod sponsa nihil lucretur; quia ista lex videtur requirere pro forma, quod præcedat donatio, & sequatur osculum vel copula; quod probat lex in quantum dicit: Gane, si el esposo la hubiere besado, la mitad de todo lo que el esposo la hubiere dado antes de consumado el matrimonio. Et iterum infra, dūm dicit, pero si qualquiera de ellos muriere despues de consumado el matrimonio, que la muger, y sus herederos ganen todo lo que siendo desposado le hubo el esposo dado. Et in expresso ita tenet Didacus de Castill. super ista leg. 8. column. versic. Ex quo habes, & reputat singulare: Doctor vero de Palac. Rub. tangit etiam super ea num. 10. & num. 16. & relinquit cogitandum & indecūsum: (m) Sed his non obstantibus ego teneo contrarium: imò, quod ista lex procedat & intelligatur, etiamsi præcedat osculum vel copula, & postea sequatur donatio: quia utroque casu militat ratio fundamentalis hujus legis superius assignata; ergo habet locum ejus dispositio: ut in leg. Cūm pater. §. Dulcissimis. ff. de legat. 2. & in leg. Gallus. §. Et quid si tantum de liber. & posthum. & in leg. Mulier, ad Treb. & in l. Si matre, Codic. de Instit. & sub. cum simil. Item etiam, quia sponsus videtur dare in præ-

mium & remunerationem beneficij recepti. Item etiam, quia in nostro regno ex communi usu, allusione, & significatione vocabuli, semper sponsa dicitur & vocatur ante relationes & benedictiones Ecclesiæ & communem habitacionem, modò sit cognita, modò non; post predictas vero solemnitates propriè vocatur uxor; sed nostra lex loquitur in sponsa; ergo indistinctè intelligatur ut dixi: argumento text. in leg. Librorum. §. Quod tamen Cassius, de leg. 3. & in leg. Labeo, de supell. legat. Adde tamen, quod si non valeret donatio tamquam sponsa facta, & non posset in ea procedere ista lex; valeret tamen donatio tamquam uxor facta post annum, vel confirmaretur morte, ut infra suo loco dicemus. Unum tamen est, quod si antequam inter eos contraherentur sponsalia, intervenit osculum vel copula, & postea sequantur sponsalia & verum matrimonium, non lucrebitur aliquid sponsa; quia formaliter & necessario requiritur quod contractis jam sponsalibus de futuro vel de præsenti donatio fiat, ut aperte vult & disponit ista lex: & in expresso ita tenet Bald. de jure communi in leg. Si ab sposo, Cod. de Donat. ante nupt. argumento text. in leg. In delictis. §. Si extraneus, ff. de Noxalib. ubi habetur, quod qualitas adjuncta verbo, debet intelligi & regulari secundum tempus verbi: ergo osculum vel copula necessario requiritur tempore sponsaliorum, non vero ante: quia magis esset puniendum quām præmendum: (n) Confirmatur, quia sponsalia de futuro bene transeunt in matrimonium de præsenti per copulam subsequuntur, non vero præcedentem, ut in cap. Veniens, el 2. de sponsalibus, & ibi communiter DD. Confirmatur etiam, quia matrimonium sub conditione contractum, efficitur purum per copulam subsequuntam, non tamen per copulam præcedentem, text. est in cap. Is qui, de sponsal. text. in cap. de Illis, & in cap. Per tuas, de cond. appos. & utrobique DD. Ergo ita dicamus in proposito, quod os-

(n) Eamdem hanc opinionem tenet Gomez Arias in leg. 52. num. 9. & 10. in leg. 52. num. 5. 6. & 7. Joan. Matienz. in leg. 4. tit. 2. lib. 5. Recop. gloss. 3. num. fin.

(o) Idem voluit Cifuent. in leg. 52. propè finem, sed contrarium tenuit Palac. Rub. in leg. 52. Taur. num. 4. & in Rubric. de Donationibus inter virum, §. 36. num. 7. scilicet, quod soluto matrimonio ratione hujus impedimenti uxor ignorans lucretur propter osculum dimidiā partem joculum; & copula interveniente, lucretur omnia donata: quæ opinio placuit. Matienz. in leg. 4. tit. 2. lib. 5. Recop. gloss. 2. num. 2. magis consonans leg. partitæ titul. 11. part. 4. asserenti, pero siempre se entiende, que debe tornar à aquel que recibe, si por su culpa finca que el matrimonio no se cumpla; ergo à contrario sensu mulier non amittet donata, nec ea sponso restituet, si culpa sua matrimonium non dissolvatur, ut latius videre poteris per eundem Matienz. ubi supr. idem etiam tenet Aceved. in dict. leg. 4. tit. 2. lib. 5. num. 10.

(p) Idem tenet Palac. Rub. in Rubr. de Donat. §. 39. num. 7. vers. Si igitur donatio, licet contrarium tenuerit in hac l. num. 4. idem etiam tenet Matienz. in leg. 4. titul. 2. lib. 5. gloss. 2. in fin.

communiter DD. Gloss. etiam ordinaria in leg. Eum qui duas. Cod. de Adult. Gloss. notat & ibi commun. Canon. in cap. 1. de Donat. intertext. est in leg. fin. Cod. de Donat. ante nuptias. ibi: Sicut enim dos propter nuptias fit; ita & in donationibus, quas mariti faciunt, vel pro his alii, debet esse aperta licentia, & constante matrimonio, talem donationem facere, quia quasi antiphera haec possunt intelligi, & non simplex donatione, sicut quando sunt valida & dissolvuntur morte: & idem tenet Didac. de Castr. 3. & 4. column.

8 Quinto quero, si sponsa de futuro vel de praesenti ingrediatur religionem, an lucretur per osculum medietatem eorum quae sibi sponsus donavit & tradidit, sicut lucratur per mortem alterius? Et resolutive dico quod sic, (p) ista est Gloss. singularis juncto text. in cap. Decreta legalia, caus. 37. quest. 2. in glos. 2. in fin. probat etiam text. in leg. Deo nobis, Cod. de Episc. & Cleric. ubi habetur, quod sponsa potest libere ingredi religionem, & non incurrit pñnam arrharum; quia ille, qui recepit, restituit simplices, non vero duplicas: & ibi notant Bald. & commun. DD. text. in Auth. de Sanct. Episcop. §. Sponsalibus, collat. 9. & ibi notant Angel. & ali. DD. Ex quibus inferunt ibi DD. quod pactum lucrandæ dotis in casu mortis, habet etiam locum in casu ingressus religionis: & idem tenet & commendat Jas. in leg. Si deceaserit. ff. Qui satisd. cogant. 2. col. num. 11.

Sexto quero, si sponsus tales res donatas alienavit, an uxor possit præferri ceteris creditoribus habentibus anteriorem hypothecam? Et dico quod non: ita probat. text. in leg. de Rebus, Cod. de Donat. ante nupt. ubi habetur, quod uxor repetit, si non sint prius alii creditoribus obligatae: ergo si sint obligatae, ipsa non præfertur: licet secundus sit in dote, ut in leg. Assiduis, Cod. Qui potior. in pignor. habeant, & in §. Fuerat. Institution. de action.

9 Aliquando & secundo inter eos fit donatio, quæ vocatur ante nuptias, vel propter nuptias. Et certe materia hujus donationis est satis dubia & incognita, & vix potest ejus virtus & effectus intelligi: & in ea aliquantulum insudavi, & conabor fundamentaliter declarare. Pro cuius perfecta declaratione dico, quod donatio ante nuptias, vel propter nuptias, est ista, quam maritus, pater, vel alius pro eo expressè facit uxori propter matrimonium, in recompensam dotis, & ejus majorem cautelam &

(p) Et ita tenuit Covarrub. in 2. sponsal. cap. 7. §. 4. num. 12. & videtur probabilis; quamvis posset de ea dubitari per text. in cap. Ex publician. de conversione conjugatorum. Et hanc opinionem tenet Palac. Rub. in Rubr. de Donat. inter virum, §. 3. num. 5. & in leg. 52. Tauri. Castill. ibi, in gloss. 3. Cifuent. num. 8. Corne. cons. 122. lib. 1. Gregor. in leg. 3. tit. 11. part. 4. verb. La mitad. Matienz. in leg. 4. tit. 1. lib. 5. Recop. glos. 2. num. 1.

nuptias donationem pro sua dare progenie. Quartus convenient, quia sicut maritus potest vindicare tamquam dominus constante matrimonio res dotales, ut in l. Dote ancillam. Cod. de R. vindic. ita uxor potest vindicare donationem propter nuptias vel ante nuptias. Quod tamen intellige, a quolibet possessore extraneo; non tamen a marito, præterquam in tribus casibus: Primus est, quando soluto matrimonio non redditur dos uxori: Secundus est, quando uxor debet istam donationem lucrari ex pacto: Tertius est, quando constante matrimonio maritus vergit ad inopiam: Alias vero, si matrimonium durat, & maritus est dives & solvendo, uxor non vindicat ab eo: ita probat textus in Authent. permissa. Cod. de Donat. ante nupt. & ibi tenent & declarant Glos. ordinaria Bald. Angel. Salycet. & communiter DD. textus singularis & unicu in suo easu in leg. fin. Cod. Commun. utriusque judic. & ibi etiam DD. Non convenient, quia sicut res quæ subjacent restitutioni, possunt alienari ex causa dotis; ita etiam ex causa donationis ante nuptias vel propter nuptias: text. est in Authent. res quæ. Cod. Commun. de legat. & ibi DD. Decimus convenient, quia in eadem quantitate, in qua fuit dos constituta, in eadem debet fieri ista donatio ante nuptias vel propter nuptias, & non in majori: textus est in leg. fin. §. Simplices, versic. Ita tamen. Cod. de Donat. ante nupt. cujus verba sunt: Ita tamen ut dotis quantitatem non excedant, & hoc ipsum significaverit quod non simplicem faciat donationem, sed propter dote jam concryptam: probat etiam text. in Authent. æqualitas. Cod. de Patis convenientis. Undecimus convenient, quia sicut dos potest augeri constante matrimonio, ita etiam donatio ante nuptias vel propter nuptias: text. est in leg. Si constante. Cod. de Donat. ante nupt. textus in §. Est & aliud, Instit. de donation. & ibi communiter DD. Duodecimus convenient, quia sicut ex titulo dotis non transit dominium sine traditione, ut in leg. de Division. in fin. ff. Solut. marim. & in leg. final. §. Præterea. Cod. de Jure dotum. Quod est verum & procedit, etiamsi dotis constitutio fiat in omnibus bonis, Glossa est singularis & unica in leg. 1. ff. de Usucapione pro dote, secundum DD. ibi: ita eodem modo & eadem ratione dominum non transit ex titulo donationis ante nuptias vel propter nuptias.

11 Nunc autem oportet videre in quibus differant dos & donatio ante nuptias vel propter nuptias? Et dico quod primò differunt, quia maritus possidet dote, ut in leg. Pomponius. §. In dote. ff. de Acquirend. posses. & ibi Glossa ordinaria & communiter DD. uxor tamen non possidet donationem ante nuptias vel propter nuptias, sed maritus ipse, secundum DD. ibi. Secundo differunt, quia maritus lucratur fructus dotis, ut in leg. Pro oneribus. Cod. de Jure dotum, cum simil. uxor tamen non lucratur fructus donationis ante nuptias vel propter nuptias, sed

sed ipse maritus: ista est Glossa singularis & ordinaria in Authentie. dos data. Cod. de Donat. ante nupt. & ibi communiter DD. & tenet Azor. in Summa illius titul. 1. column. similis glossa est in §. Est & aliud Institut. de donat. & ibi Angel. & aliud DD. Glossa etiam in Authent. de non eligend. 2. nubeni. §. final. collat. 1. & tenet Bald. in Authent. sive à me. Cod. ad Vellejan. Barbat. in cap. Pervenit. de Emp. & vendit. Palac. Rub. in sua Repet. fol. 10. column. 1. Hodie tamen in nostro regno omnes fructus percepti constante matrimonio ex quibuscumque bonis, sunt communes mariti & uxoris, sicut cetera lucra, quando uxor vult solvere debita contracta constante matrimonio pro dimidia parte; (q) ita disponit lex fin. titul. 3. lib. 3. For. II. & lex 3. tit. 4. lib. 5. Ordin. Tertio differant, quia licet uxor habeat tacitam hypothecam pro dote sua recuperanda, ut in leg. unic. §. Et ut plenius. Cod. de Rei uxor. ast. cum simil, tamen maritus non habet tacitam hypothecam in bonis uxorius pro hac donatione ante nuptias, vel propter nuptias; quia non reperitur jure cautum. Si vero loquitur ex parte uxorius, tunc, si agit contra maritum vel ejus heredes, in casu quo lucratur eam ex pacto, vel alias, bene habet pro ea tacitam hypothecam, ut in leg. Ubi adhuc. Cod. de Jure dotium. Sed non erit privilegiata ut preferatur anterioribus creditoribus, ut in leg. Assiduis, versic. final. Cod. Qui potior. in pign. bab. cuius verba sunt: Hec autem tantum ad dotem sancimus, non ad ante nuptias donationem, quam suo tempore servari disponimus, & habere inter creditores sui temporis ordinem: si vero agit pro ista donatione propter nuptias, pro solutione, securitate, & satisfactione sue dotis, tunc nedum habebit hypothecam, sed erit privilegiata ut preferatur aliis creditoribus, & insuper non poterit uxor renuntiare etiam expressè huic hypothecæ, cum magis specialiter sit facta & inventa pro securitate dotis, ut supra dictum est, & in expresso ita tenet singulariter Cin. melius quam alibi, in dicta leg. Assiduis. 2. column. 4. oppos. Salycket. in dicta leg. Ubi adhuc final. column. 10. quest. Innocent. in cap. Ex litteris de pignor. & ibi Abb. 3. column. num. 9. Plat. in §. Fuerat, Institut. de Action. 2. column. in fin. &

(q) Ut tenet Montalv. in leg. titul. ult. titul. 3. lib. 3. Fori glossa 1. Matienz. in leg. 4. glossa num. 2. titul. 9. lib. 5. Recopilat.

(r) Has autem tres differentias describit Gregor. in leg. 1. titul. 11. part. 4. in glossa magna, inter donationem ante nuptias, & propter nuptias: vide Aceved. in leg. 2. titul. 2. lib. 5. Recopilat. num. 9. licet etiam hodie attenta dicta lege 1. loco donationis propter nuptias arrham successione affirmet Menes. in Authent. res qæ, num. 25. Cod. Communia de legat. Palac. Rub. in Rubr. de Donat. inter virum. §. 21. & 24. Burg. de Paz. consil. 14. num. 11. volum. 1. Sed hoc verum non esse satis manifeste probat, alios referendo, Aceved. ubi supra.

sponsa decesserit, que data sunt iubemus restituui, nisi causam ut nuptie non celebrentur defuncta persona jam prebit, & ibi Glossa ordinaria & communiter DD. text. in leg. fin. eod. tit. texti. in leg. unic. Cod. Si rector provincie, & idem disponit lex 1. titul. II. part. 4. Et adde, quod requiritur quod expresse dicatur, quod datur pro arrhis, & in signum vel pignus matrimonii futuri; nam alias, si simpliciter traderetur, esset sponsalitia largitas, de qua supra dictum est, ut aperte probant jura & DD. ubi supra. Cujus virtus & effectus est, quod ille qui dedit, perdat eas, si per eum stetit matrimonium impleri, (s) si vero stetit per recipientem, restituit quod accepit, & aliud tantudem. Item, si morte aliquius eorum solvuntur sponsalia, restituentur arrha, nec recipiens aliquam partem lucratur per oseulum: ita probat text. in dict. l. Arrhis, & ibi tenet Glossa ordinaria, & communiter DD. Et si queras, quæ est ratio quod valet datio, & amissio arrharum, & non valet pœna apposita in sponsalibus & matrimoniis, in cap. Gemma, de Sponsalibus? est alta & insolubilis difficultas: Sed omissis aliis, ista est melior & notabilior: quod promissio pœnae non valet, quia est verbalis tantum, & faciliter & inconsiderate quis verbo se obligaret, & metu pœnae solvendæ contraheret: arrha vero valet, quia realiter traditur & non promittitur, & sic jam

13. Unum tamen est, quod hodiè non debet excedere decimam partem bonorum sponsi vel mariti, deducto prius omni ære alieno: ita disponit lex 1. tit. 2. lib. 3. For. II. (u) Dicuntur bona mariti ea quæ sunt propria, & ea quæ possidet bona fide, & similiter ea quæ sibi debentur, ad quæ habet actionem: text. est in leg. Bonorum appellatio, la 1. ff. de Verbor. sigilluc.

(s) Ut tenet Suar. in titul. de las Arras, lib. 1. Fori, fol. 23. ex leg. fin. Cod. de Sponsa & ex leg. titul. 11. part. 4.

(r) Cum igitur non sit simplex donatio, sed propter nuptias, mirum non est si fieri possit constante matrimonio, ut in leg. Cum multa. §. Si igitur, & in leg. Si constante, ubi Bald. & Salycket. Cod. de Donationibus ante nuptias, §. Est & aliud, Institut. de Donat. leg. 1. in fin. titul. 11. part. 4. leg. 87. titul. 18. part. 3. hancque eam em sententiam tenuit Montalv. in leg. 1. titul. 2. lib. 3. Fori, & ibi Roder. Suar. fol. 8. versic. Pone quod tempore, Palac. Rub. in Rep. Rub. cap. Per vestras, §. 24. num. 2. Castill. in leg. Sui, verb. Arrhas, ubi etiam Palac. Rub. num. 4. Greg. Lop. in leg. titul. 11. part. 4. gloss. magna in pro. Matienz. in leg. 2. titul. 2. lib. 5. Recop. gloss. 1. num. 2. Covarrub. de Sponsal. 2. part. cap. 3. §. 7. num. 12. Baza de Non meliorandis dotis ratione filiabus, cap. 51. num. 19. & 20.

(u) Quia quod superest eo deducto bona dicuntur, text. in leg. Mulier bona. ff. de Jure dot. in leg. Non possunt. ff. de Jure fisci. in leg. Subsignatum, §. 1. ff. de Verbor. signific. & in leg. Univer. Cod. de Legat. similiter etiam id quis in bonis habere dicitur, quatenus onere deducto superest, text. in leg. Non amplius. ff. de leg. 2. Ex quibus juribus id asseverant Montalv. & Suar. in leg. 1. tit. 2. lib. 3. Fori, gloss. 1. fol. 2. vers. Non tamen, Castill. in leg. 50. Taur. verb. Arrhas, Tiraquel. lib. 2. de Retract. in prefation. num. 21. Pinell. in leg. 1. Cod. de Bonis maternis, 3. part. num. 12. illatione 14. novissime Matienz. in leg. 2. titul. 2. lib. 5. gloss. 1. num. 11. & ibi Aceved. num. 13. Ayora de Partitionibus, cap. 7. num. 19. & 20. Quod autem arrha non debeat excedere decimam partem bonorum sponsi, vel mariti, vide Gregor. in leg. 1. titul. 11. part. 4. & Matienz. in leg. 2. gloss. 1. num. 1. titul. 2. lib. 5. Recop. Quatenus autem in possessore majoratus hæc estimatio facienda sit ad arrharum solutionem? explicat Molin. lib. 1. Primogen. cap. 9. num. 41. & an promissio arrharum juramento simetor? vide Joan. Gutierrez. in tract. de Juramento confirmatorio 1. part. cap. 14. & varias quæstiones vide per Alvar. Velasc. in 1. pen. consultationum, consult. 2. 3. & 4.